

secundum Guido Papæ *decif.* 261. ubi dicit ita fuisse iudicatum & per Aufedum in Clement. 1. de offic. ordin. tit. de potestat. secul. super Ecclesiast. person.

Ibi, *A quien el interese compete*, Hoc enim regulare est, ut omnis ille cui aliquid interest debeat citari, ex l. de nro quoque ff. de re iud. & in pro-

posito tenuit Montalv. l. 13. titul. 5. libr. 3. Fori. & glos. l. 4. tit. 2. part. 6. ubi quaerit an presumatur citatio facta si tempus aliquod post publicationem testamenti transierit, & iis totus iste titulus quis prolixè remanet commentatus & alia quam plura, nè molesti essemus, consultò omisimus.



TITULUS

TITULUS QUINTUS

De los lutos y cera que se puede traer, y gastar por los difuntos.

T quia post testamentorum factionem moriemque testatorum ipsorum heredes vestibus lugubribus vestiuntur, corpusque defuncti sepelitur, in quibus magna solebant stipendia consumi & expendi in pompam potius & vanitatem, quam in animarum defunctorum commodum & utilitatem, ideo sequitur titulus noster novam formam, taxam, & modum imponens & coarctans.

IN LEGEM FINALEM.

Pro quibus personis & qua forma & ad quod usque tempus possint homines tam masculi quam femina vestibus lugubribus cooperiri, quotque sumptus in funere & sepultura fieri possint, declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

- 1 Correlativa eodem regulantur jure, maxime ubi est eadem ratio, num. 1.
- 2 Luctus & planctus moderari pro defunctis permittuntur.
- 3 Sumptus pro sacrificiis animarum defunctorum faciendi moderari per legem non possunt, sed tantum respicientes corpora.
- 4 Consuetudine an acquiri possit habere scannum in ecclesia si non officietur divinis.

Ibi, *Por padre*, vel pater pro filio, quia correlativi sunt, & dispositum in uno ex correlativis idem in alio censetur dispositum maxime ubi datur eadem & major ratio, & prout in patre circa filium, cum amor facilius descendat quam ascendat, & nullus est amor qui vineat paternum, prout novissime in proposito tenet Mex. in Prag. *caso panis*, conclus. 2. num. 58. cum sequentibus aliquibus, & sic practicatur, & sic à contrario idem arguebat Did. Per. in l. 7. tit. 1. libro 1. Ord. col. 49. in princ.

Ibi, *O hermano*, idem in virilibus, hoc est, *Cuñados*, dicendum est, puta si virilis meus frater meae uxoris moriatur, postum ego luctum, secundum formam & per tempus ab hac lege praefixum sine poena portare, est enim eadem ratio in uno, quae in alio, & idem genus consanguinitatis existens inter fratres, est affinitatis inter viriles, hoc est *Cuñados*, & sic idem jus debet esse, dispositumque in uxore censetur dispositum in marito cum sint correlativa, & sic sicut uxor mea potest pro suo fratre luctum portare, sic ego maritus huius uxoris poterò, & sic iis fundamentis tenet *Azevedo* in Recopilationem. Tom. III.

hanc opinionem Mexia ubi supra, d. conel. 2. n. 16. & verum iudico tenendum in iudicando & consulendo.

Ibi, *Si no tan solamente*, permittitur ergo luctus moderatus, sicut & fletus & planctus moderatus, & qui quidem sunt magis pietatis & misericordiae, quam impatientiae, & si non sunt prohibiti, ex mente Archid. & Card. à Turrecremat. ubi supra, & tradit Did. Per. in l. 7. Glos. 1. tit. 1. lib. 1. ordin. & nos diximus in l. fin. tit. 1. lib. 5. immoderati tamen licitum inepta voluntas testatoris vocantur, vel suorum heredum, secundum glos. l. Servo alieno. 116. §. in epist. de legat. 1. & ideo in l. nostram moderantur.

Ibi, *Mas de doche habas*, quod iuste moderari potuit cum respiciat modificationem sumptuum circa corpora faciendorum, non verò circa sacrificia pro animae salute expendenda, hoc enim ultimum per legem aut statutum modificari non potest, & ut per Abbat. & doct. in c. sic. de reb. Eccles. & per Felin. in cap. Ecclesia sancta Maria. n. 91. de constit. & armil. Aure. in sum. verb. Exequia, & Did. Per. in d. l. 7. glos. Vestir. tit. 1. libro 1. ordin. & Bacz. in Tract. de non meliorand. filiab. cap. 1. num. 12. & glos. La persona. l. 12. tit. 13. part. 3. Sic & apud Romanos fuit lex lata, quae sumptum sepulchrorum diffinebat, de qua per Ciceronem apud Atticum, lib. 12. qua is, qui eum modum superasset tanta pecunia, quantum praeter modum impendisset, mulctabatur. De quo plura optima & singularia & quae longum esset transcribere refert Petrus Vanderanus, in Tractat. de Privileg. credit. capit. 3. column. quarta cum sequentibus, & plures ritus & moras circa sepulchra & funera mortuorum refert Raphaël Volateranus, in suis Commentariis, lib. 31. capit. antepenultim. cum secundo & seqq.

Ibi, *Tumba*, sed an consuetudine immemoriali possit acquiri habere scannum in Ecclesia, dum tamen non neceat celebrationi divinorum, & vide de latè per Parisium, consil. 149. in presenti. volum. 4. relatum & sequutum per Rebuff. in Trac-

T ij

rat. in quibus causis fecul. cognos. pos. de person. eccl. num. 35.

Ibi, En las leyes de nuestros Reynos. Scilicet l. 43. & 44. tit. 4. part. 1. & l. fin. tit. 1. lib. 1. supra, ubi planctus immoderati fieri prohibentur, moderati tamen permittuntur, dum tamen, ne divina turberent officia, animalia enim bruta mortem parentum ac filiorum sentire & legimus & experientia compertum habemus, & sic nimirum si & rationales homines id sentiant & luceant, David namque fleuit mortem filii Amnon, & Saul Ionatham ejus filium, & alii plures relati per Didac. Perez in

d. l. 7. tit. 1. lib. 1. ordinam. Ex quo Imperator ille ab omnibus commendatus Pius Antoninus, dum gener quidam suus, prout refertur in Cæfaris commentariis loquens de hoc Antonino, lugeret admodum mortem patris sui, rogarentque ejus amici imperatorem ipsum, ut non permitteret generum suum sic affligi & plangere, inquit ille (sinite illi & permittite ut aliquantulum sit homo) quasi has hominum afflictiones esse, non animalium irrationabilium, dum tamen moderatè & non immodicè in iis excedatur, ut in dict. l. final. late diximus.

TITULUS SEXTUS

Notabilis & practicabilis. De las mejoras de tercio y quinto.

¶ Quoniam testatore sepulto tractatur de legatis, & pralegatis, ac meliorationibus à defuncto factis filiis & heredibus ac descendens, idè subsequitur post præcedentem titulum noster, de iis meliorationibus ac legatis loquens.

IN LEGEM PRIMAM,

quæ erat 17. Tauri.

Qualiter & quando melioratio per parentes facta, vel per aliquem eorum alicui filio in potestate patris constituto, sive non, irrevocabilis sit, declarat lex nostra. In cuius legis declarationem Doctores hic plura expendunt verba, & confundunt, commiscensque plura aliena à contextura ejus, qua longum esset referre, ideo solum textualia declarando, & qua necessaria videbuntur pro ejus declaratione. Correctiones autem quæ ex l. nostra inducuntur relatas videbis per Tullium hic num. 1. cum 6. sequentibus.

SUMMARIUM.

- 1 Avus & avia meliorare possunt descendentes.
- 2 Donare potest mater filio in patris potestate constituto. Et etiam vulgo questio. 3.
- 4 Prohibitus contrahere, vel vendere censetur prohibitus donare.
- 5 Mater an ad donandum filio communi licentia mariti requiratur, & ibi quid si dotat filiam. Et n. 6. quid in majoratu faciendis, & ibi dicta declarantur.
- 7 Meliorari possunt unus, vel duo aut tres descendentes.
- 8 Melioratio tertii vel quinti an valeat De cota hereditatis.
- 9 Melioratio in codicillis fieri poterit.
- 10 Donatio revocabilis est regulariter, sive in testamento sive in contractu inter vivos fiat, nisi ut ibi.
- 11 Donatio qualibet jam est hodie valida inter patrem & filium etiam familias & in potestate sua constitutum.
- 12 Testator potest prævenire ultimum judicium. Et

- num. 31. an revocabile sit.
- 13 Donare videtur ante diem restituens.
- 14 Instruatio non requiritur, ubi donatio fit à patre in filium.
- 15 Donatio in quintum, an valebit in terminis nostre l. sicut in tertio.
- 16 Donatio in tertio bonorum per patrem filio facta non revocatur per supervenientiam liberorum.
- 17 Tertium bonorum respectu descendens, non est legitima.
- 18 Quintum bonorum, etiam si per modum irrevocabilem fiat, manet revocabile, quoad id quod est anima necessarium. Non vero quoad meliorandum alium in illo quinto, ut num. 19.
- 20 Donatio specialis & sic melioratio specialiter in una re facta, non revocatur per generalem tertii & quinti meliorationem.
- 21 Donatio hodie filio emancipato facta revocabilis est, nisi ut ibi, & n. 22. idem in matre.
- 22 Maritus & uxor si simul in eodem instrumento filium melioraverint, an marito mortuo pro sua parte revocabit uxor, nisi ut ibi.
- 24 Majoratus per uxorem & maritum factus in una scriptura de omnibus bonis quando possit, vel non mortuo marito revocari per uxorem. Et numero vigesimo quinto, ubi an tenebitur tunc uxor restituere fructus perceptos.
- 26 Majoria supradicto modo constituta per maritum de bonis suis & uxoris tanquam de suis, si revocetur per ipsum maritum, eo quod revocabili-ter fuit facta, an bona uxoris penes ipsum manent.
- 27 Donatione causa mortis si melioratio & ejus traditio fiat, an revocabitur.
- 28 Legatum potest revocari etiam tradita re, declarata ut ibi.
- 29 Fructus rei donata irrevocabiliter si donans percipiat, an eos restituere teneatur.

30 Pater aut filius sibi invicem obligati de restituendo rem aliquam, non teneantur sibi invicem cavere de viendo & fruendo arbitrio boni viri. Ubi & quid in possessibilibus majoratus, ubi & an de restituenda re.

31 Donatio facta per patrem nisi tradatur res donata potius destinationem quam donationem fieri. Declarationis optime ad l. cum de bonis. Cod. de donationibus.

32 Donationis filio facte tradita possessione & donatario paciscente se amplius non petiturum, nihil ex augmento percipiet.

33 Donatur si aliquid heredi titulo donationis, non imputatur in Falcidiam cum sua declaratione.

34 Majoratus, aut vinculi constitutor si possessionem tradat, ita ut revocabilia sint non potest post bona talis majoratus aut vinculi alienare.

35 Duo media quibus possessio meliorationis tradita censetur.

36 Possessio acquiritur per traditionem scriptura donationis. Ubi & an aliarum scripturarum, & an coram alio tabellione id fieri sufficiat, numero 37.

38 Instruatio publico an sit facienda donatio.

39 Donationes ob causam non revocantur.

40 Melioratio ut irrevocabilis sit ex causa onerosa ratione requiritur, quod fiat cum tertio aliquo, secus alius, nisi ut ibi.

41 Melioratio facta ob matrimonii causam matrimonio non secuto revocabilem remanere, & vide num. 45.

42 Donatio remuneratoria, an sit irrevocabilis. Et ibi an computetur pro melioratione.

43 Evictio debetur in donatione remuneratoria.

44 Promissio obligandi idem operatur quod ipsa obligatio.

46 Melioratio & donatio causa studii, an revocabilis sit.

47 Necessaria pro studio an pater filio prestare teneatur.

48 Acceptatio meliorationis an requiratur, ne revocari possit.

49 Donatio ac melioratio per ingratitude revocatur. Et ibi, an fructus erunt restituendi.

Ibi, El padre o la madre. Quid in avo & avia, idem esse dicit Pelaez de Majora. 1. p. questione 28. num. fin.

Ibi, La madre, nam & mater potest donare & filio in patris potestate constituto, per text. Glof. & ibi Bald. in l. si constante Cod. de donatio. inter vir & uxor. & eund. Bald. in l. filium quem. Co. fam. nil herci. Jas. in l. frater à fratre. col. fin. in fin. ff. de ondit. indeb. notat additio marginalis. Deciso. 191. Capilla Tolosane, adeo ut filio vulgo quaesito & post mater donare, secundum Bart. in l. cum pater. §. mater. ff. de leg. relatum per Additio. d. decis. 191. ubi fecerit ad dicta in l. si qua illustris Cod. ad Orific. & Instir. ead. tit. §. novissime, sed nonne vendere, vel alquem contractum facere sine licentia mariti ex l. 5. Tauri postea in l. 2. tit. 3. supra isto lib. prohibetur,

ergo & donare, nam prohibitus contrahere, neque donec potest, & secundum Castillo in ead. l. 5. Taur. n. 13 ubi & diximus. Item & vendere prohibitus & donare etiam prohibetur, ut per Menes. in l. voluntaria n. 7. cum pluribus sequentibus. Cod. de fideicom. Igitur ut hac obiectio evitetur, præmittendum est pro vro, vel matrem hanc dum meliorat inter vi-

vos unum ex descendens, vel esse tunc viduam, prout dixit Castillo, nos sup. vel si vidua non erat, vel libera à matrimonio, cum licentia mariti contractum hunc meliorationis fecisse inter vivos, nam in testamento vel alia ultima voluntate sine licentia mariti id poterat, & sic lex nostra per illam 55. Taur. declaratur & jure optimo, una enim lex per aliam est declaranda, præsertim ut evitetur correctio, & semper lex in casu & cum requisitis per leges alias introductis disponere censetur, & ita tenendum est quidquid velit distinguere Castillo, ubi supra, prout diximus in illa l. 2. tit. 3. supra isto lib. in glof. Ni hæc contrato. in 10. limitat. & latius in l. 8. tit. 9. glof. 1. infra eo. lib. & quamvis ibidem tunc aliquantulum placeret illa distinctio Castilli quam novissime sequitur Alvarado, in Tract. de conjecturata mente testatoris lib. 2. capit. 1. num. 17. Nunc tamen mihi placet hæc opinio absque ulla distinctione, scilicet, quod dicta licentia requiratur mariti in melioratione per uxorem in contractu inter vivos faciendâ, sicut & requiritur in l. 28. tit. 9. infra isto lib. quæ erat 55. Taur. teste ibi Anr. Gom. n. 24. in fin. & sic ibidem præsumitur ac præsupponitur mariti licentiam adhibendam, eo quod lex illa præponit, quod maritus & uxor simul & in eodem contractu dotem promittunt, ut patet ex primis verbis ejus conjunctivè positâ, & ex verbis, Y si el padre solo, Et sic licentia præcessit & præsumitur data, cum ambo in eodem instrumento dotant, non enim posset mater & dora- re filiam sine licentia mariti sicut necque alium contractum facere, secundum Bazam de dote filiarum c. 1. n. 55. cum pluribus sequentibus, prout in majoratu & ab uxore faciendâ inquit & tenet Molina de 6 Primogeniis Hispanie lib. 2. cap. 9. n. 3. cum sequentibus, aliquibus marito verò recalcante sine causa licentiam dictam præbere, judex causa cognita, scilicet de libera voluntate mulieris, eam concedere posset ex text. in l. 4. tit. 3. supra isto lib. quæ tamen intelligit Molina, ubi supra, lib. 1. c. 12. n. 9. cum sequentibus aliquibus, vera esse, quoties uxor talis contractum talem meliorationis vel instrumentum ejus irrevocabiliter ordinaret, secus si revocabiliter, quoniam tunc secundum eum ibi, licentia non requiritur, & quod interpretabitur in id in quo valere poterit, & sic in ultimam voluntatem, ita quod si quoad ordinationem habeat solemnitates testium contractui necessarias, regulabitur, ut talis, quod ego intelligerem dum tamen habeat solemnitates de jure requisitas ad validationem talis ultimæ voluntatis, quæ notanda sunt quia novam propositum nostre legis.

Ibi, Alguna de sus hijos. Nam & duos & tres & potest meliorare in tertio & quinto vel in uno-quoque eorum, prout dicam in l. 19. Taur. quæ est tertia hujus nostri tit. in glof. O hijos.

Ibi, Ex el tercio, Idem in quinto dicas, vel in utroque infimul, ut infra dicam in hac l. sub verbo, Agora el hijo este en poder.

Ibi, De sus bienes. Sed an de cota hereditatis & valebit melioratio tertii & quinti, vel legatum quinti, vide Seguram in l. unum ex familia §. sed si fundum n. 8. usque ad 19. de leg. 2. ubi hoc intelligit & declarat.

Ibi, O en otra, Et sic in codicillis poterit fieri melioratio hæc, secundum Cov. in cap Raynuitis §. 6. n. 4. fol. 107. de testam.

Ibi, O por otro algun contrato entre vivos, Et sic quoad